Tertia varietas est illa, in qua fibrae elasticae ramos se dividunt, ac rursus in unum coeunt, aut vicinis mis se apponunt et cum iis sese conjungunt. Multis in lo interstitia, quae ita formantur, magna apparent, quod at net diametrum fibrarum, et rami anastomotici decedu a fibris, angulos acutos facientes, ita ut non multum recta directione aberrent, atque in universum vicinis su parallele decurrere videantur. Aliis in locis anastomos tam multae adsunt atque interstitia, quod spectat ad fibra tam parva inveniuntur, ut tota membrana aperturis ova bus aut majoribus aut minoribus perforata videatur. Ha varietas praesertim reperitur in membrana vasorum elastic

Omnes partes compositae ex tela elastica majorem habent elasticitatem ac minorem cohaesionem illis ex tela conjunctiva formatis. Fragilitas hujusce telae mirabilis est, si comparatur cum tela conjunctiva, quae etsi tenuior multo magis extendi potest priusquam dilaceratur.

Berzelius coxit ligamenta flava per sedecim horas, eaque non mutata invenit. Acidum aceticum concentratum, si etiam complures hebdomades cum iisdem conjunctum remanet, ea non solvit neque emollit; facilis tamen solutio in acidis mineralibus dilutis. In universum elastica tela, quod ad spectat qualitates chemicas, prorsus convenit secundum Meebold cum fibrina sanguinis. Quod libenter concedimus, tamen fibrae elasticae minime sunt comparandae cum muscularibus, quod fecere anatomici antiquiores, praesertim quod attinet fibras elasticas arteriarum. Nam in omnibus qualitatibus toto coelo differt fibra elastica ab musculari. Longum est persequi singula; itaque unum tantum proferamus. Galvanismus et electricitas nullam contractionem arteriarum efficiunt, quod recte monent Berzelius, Nysten (recherches de physiologie et pathol. chimiques. Paris 1811), Bichat, Wedemeyer et Müller. Nec irritamenta mechanica contractionem producunt. Negari vero non potest, substantias chemicas, e. g. acida mineralia etc., arterias adducere ad contractionem, quod tamen commutatione substantiae arteriarum chemica fit ac saepius inde pendet, quod substantiae maxime aquosae pars aquae detrahitur. Praeterea parum tantum de physiologia hujus telae innotuit. Vasa sanguifera sunt tenuia rara ac sita inter fibras in recta fere directione. Nervi ab aliis inventi, ab aliis

negati sunt. Ex omnibus telae elasticae formationib tunicae mediae arteriarum soli vindicanda est contr c litas viva s. organica. (Nam elasticitas est vis, quae mortua fibra, annum et quod excedit in spiritu vi servatur). Observantur enim contractionis et expansi nis phaenomena in arteriarum parietibus, si dissecant aut punguntur. Tum enim in diametro et transversa longitudinali multo magis coangustantur quam in mort ita ut hoc non solum elasticitatis effectus esse poss Porro autem pro eadem re certant commutationes qua dam parietum arteriarum in certis vitae conditionibus normalibus et anomalis, quae animadvertantur, si puls durus, mollis aut spasticus sentitur. Etiam Parry Tiedemann praeter elasticitatem arteriis adscribu tonum vitalem, qui quidem non agat ad adjuvandum m tum rhythmicum sanguinis, sed in arteriis nudatis contr ctione fere insensibili se ostendat. Eodem tono, si mo instet, omnes arterias, antequam sanguis substiterit, a gustiores fieri, quam ex sola elasticitate post mortem fie possit. Ad eundem ordinem referendum, quod aqua fr gida idonea sit ad sistendum sanguinem ex arteriis se ctis profluentem. — Omnia haec phaenomena sunt se quelae turgoris vitalis viriumque, quas exercet ad partiu structuram formamque. Ut vero turgor vitalis maxim est ponderis ad producendam contractionem organican s. vegetativam, sic et haec ad circulationem succorum et rursus ad turgorem vitalem ipsum, ad copiam succo rum in organis contractilibus multum facit: ita ut haec facultas multis in partibus vivis ad vitam non in univer sum solum, sed in specie etiam ad certas functione multum valeat (Arnold).

In arteriis igitur non sufficit sola elasticitas ad ex-licanda phaenomena, nec contractilitas separata ab ela-ticitate probari potest, sed tantum variabilis elasticitatis radus, qui contractilitatis speciem prae se fert. In motu rteriarum modo agit elasticitas, in variis elasticitatis radibus contractilitas. In arteriis igitur elasticitas in ontractilitatem transgreditur, in tela erectili contractilitas ı elasticitatem (Birnbaum).

III. TELA ERECTILIS.

Organa hac ex tela composita haec sunt: Corpora avernosa penis, clitoridis et urethrae, ac partim saltem pu-illae mammarum, pudendum muliebre, uterus ac appen-ices in capite quarundam avium. Omnes hae partes ingularem praebent formam; sunt enim plerumque promi-entes et accuratis finibus circumscriptae.

Est tela erectilis nulla alia, nisi tela supra descripta ellularis, ex lamellis et trabeculis composita, cum singu-ari quadam vasorum sanguiferorum structura. Arteriae tenim non ut in aliis corporis partibus cum venis co-aerent vasis capillaribus, sed directe in has transeunt, rteriarum finibus, qui plurimum oculo inermi satis di-tincte apparent, in venas amplas ac latas se aperientibus. Quod attinet modum, quo arteriae transeant in venas, uctores maxime inter se dissentiunt. Ut supra jam ex-osuimus, arteria profunda penis procedit in corpus ca-ernosum penis, non multum ab media ejus parte aber-ans. Rami et ramuli hujus arteriae siti sunt in tela lla supra descripta trabecularum ac lamellarum, ita ut n lamellis reticula forment, ac in singula quaque trabe-ula decurrat vas, crassitudini trabeculae correspondens.

Postulet locus, ut de ramis helicinis quoque dicam, a nolo in re tam controversa, praesertim quum nihil a tollendam controversiam conferre possim, longius morar. Illud tantum tacere nequeo, esse arterias helicinas secun dum Mueller appendices coecas ac contortas arteria profundae, quae libere in cellulas ac maculas corporum cavernosorum intrant, atque erectione orta sanguinem e aperturis in earum apice immittunt in maculas corporum cavernosorum. Sequuntur Muellerum Krause (Mül lers Arch. 1837 S. 31) et Hyrtl (Oesterreich. Jahrb 1838 XIX., 349). Valentin autem prorsus negat, exi stere illas arterias, praeparatione productas esse illa ratus, ita ut trabeculae una parte abscessae sint, qua elasticitate et praesertim quia vasa, quae continent, decur sum habeant spiralem, se contorquent. Utra opinio vic trix evasura sit, id difficile dictu est. Fortasse etiam veri tas in medio versatur, ut ex eo concludi posse videtur quod Henle dicit. Narrat enim arterias in trabeculi ita decurrentes se vidisse, ut Valentin eas describa cui non minus assentitur, non tot apparere arterias heli cinas, si cauta manu praeparentur partes, negans tamen se unquam efficere potuisse arterias helicinas, quo Va lentin modo eas fieri posse contendat. Sine dubio igi tur, Henle pergit, maxima arteriarum helicinarum pa ita orta est, ut Valentin affirmat, praeter has tame fortasse etiam inveniuntur aliae verae arteriae helicina arte non productae.

Venio nunc ad physiologiam telae erectilis. Si pa tis alicujus vasa ita formata et constructa sunt, ut ma xime possint dilatari, tum adest facultas erigendi s

quando accumulatio fit sanguinis. Erectiones igitur ad eundem rerum ordinem referendae esse videntur, cui accensentur phaenomena turgoris vitalis; distinguendae vero sunt ab iisdem, quum ad efficiendas erectiones singularis vasorum structura requiratur, i. e. structura, quae magnam dilatationem permittat venis sinuosis. Formant venae anastomoses frequentissimas et spatium omnium harum cratium multo plus continere potest sanguinis, quam vasa sanguinem retro ducentia. Sin vero non dilatantur vasa illa, affluit iis non major sanguinis copia quam defluit. Disjungenda igitur est absque dubio erectio ab contractione. Clarissime in mammis hoc probatur erectione papillarum, quae semper cum ductibus lactiferis apertis conjuncta sit oportet. Simile quid in erectione pudendi muliebris videmus et in evacuanda urina et in coitu. Pertinet tamen ad erectionis majores gradus contractio, uti in pene partem, in utero omnino; et pertinet quidem ad motus tela erectili productos contractio, aut convulsiva, uti in ejaculatione seminis, quae a certo loco, ubi fit, se propagat per substantiam, aut peristaltice progrediens, ut in utero, non peculiaris telae erectili, ut motus sanguinis per arterias, non cohaerens cum contractione arteriarum, sed telae erectili communicata. Motus telae erectilis papillae mammarum proprius communicatur a motu sugente musculorum infantilium. Praeterea magni est momenti, quod tela erectilis nullo loco excepto semper occurrit circa canales, qui modo interdum fluidis certis exitum dant, ita ut elasticitas canalis hac erectili conditione provocetur, simile quoddam ad emissionem fluidorum praebens adjumentum, ac tunica elastica cordis. (Cf. Birn-

baum, Zeichenlehre der Geburtshülfe nach den Ergeb-
nissen der Exploration. Bonn 1843).

Est igitur, ut supra jam obiter significavimus, turgor vitalis, qui causam praebeat proximam erectionis. Affini-tate enim sanguinis ad substantiam et nervos adaucta sanguis longius retinetur atque paulatim replet cellulas sinusque substantiae spongiosae, quacum cohaerent ac communicant vasa. Turgescentia est eo major, quum circumdentur vasa tela trabecularum, quas iterum tunica fibrosa ambit. Spermate virili ejaculato libidinis sensus qui ad augendam affinitatem illam facit, supremum ad-tingit gradum. Jam relatione sanguinis cum solidis ces-sante quod retinuit non amplius retinet sanguinem, qui cordis vi simul aucto, eo facilius in venas defluit. — Vix cogitari potest, arterias helicinas effundere sanguinem atque inde exstare erectionem, nam quum sanguinis effu-siones in individuis ac organis debilitatis semper facillime occurrant, erectio in libidinosis exhaustis saepissime et facillime eveniat necesse est, cujus rei autem contrarium experientia nos docet (Naumann). Jam restat, ut de iis conditionibus dicamus, quae majorem affinitatem san-guinis c. solidis atque inde turgorem in partibus genita-libus ac erectionem producant. Est libidinis sensus, ner-vos irritans, qui proficiscuntur ex cerebro aut medulla spinali. Irritationem medullae spinalis non minus ac congestionem ad cerebrum et medullam spinalem efficere posse erectionem ac ejaculationem spermatis in iis vide-mus, qui suspenduntur. Nervi penis, rami nervorum sa-cralium, qui in tela vasculosa penis decurrunt, proxima

unt accumulationis sanguinis causa. Nam sectis nervis, ulla erectio (Günther).

IV. TELA MUSCULARIS.

Quod Haller ait, agnosci musculos duabus potis-imum notis, filis longis, sibi parallelis, cylindricis et in nimalibus calidi sanguinis rubris, deinde ex natura con-ractili, qua fibrae elementa ad se invicem adducantur: d in universum nostrorum quoque temporum auctoritate ffirmatum est, atque in definitione musculorum memo-ari solet. Color musculorum ruber deducitur ab san-uinis pigmento, quae sententia, quum rubor sub aëre imili modo ac sanguis, laetens rubescat, fere probatur. ontra hanc autem opinionem pugnat observatio, quam ecit Schwann, musculos cyprini in vita pallidos, ma-eratione in frigore hiemali post aliquod tempus valde ubescere. Facultas contractionis sola non est sufficiens d dignoscendum musculum, nam ut supra jam vidimus lurimae aliae telae vim possident eandem. Magnum d disjungendos musculos ab aliis telis contractilibus ad-umentum affert chemica disquisitio, quum musculi V. supra) ad illam corporum pertineant seriem, quae oquendo non mutantur in gluten, igiturque ad albuminosa eferenda sunt. (Müller). Optimum vero hujus rei au-ilium est structura musculorum anatomica atque vitae jus conditiones, quas jam perlustrabimus. Musculi in niversum compositi sunt ex propriis elementis, ex fibris nuscularibus, quae plurimum undique sui similes sine ramificationibus ac anastomosibus cum vicinis sodalibus parallelae juxta positae sunt, ita ut telae cellulosae ope

aut plures aut pauciores in fasciculum s. lacertum unu congregatae inveniantur. — Permulti nervi ac vasa sa guifera decurrunt ac dividunt se in telam cellulosam i ter fibras musculares.

· De forma partium musculorum elementariarum ph siologi maxime inter se dissentiunt. Sunt qui simplice suique similes eas dicant (Schultze), aliis contendent bus ex globulis eas esse compositas (Home, Edwar Prevôst et Dumas, Krause); multi vero nodos eas viderunt. Veritas versatur inter primam ac tertia sententiarum. Duo enim fibrarum genera exstant (Mü ler, Bruns, Henle).

Primum genus exhibet fibras molles, subtiles, ocul inermi vix apparentes, oculorum vi microscopio adauct flavescentes, rubescentes, quae in superficie strias oste dunt transversas, regulariter sese excipientes, modo o scuras, modo claras s. limpidas. Haller jam novit h in musculorum superficie obvias strias, easque rugas n minavit. Dicit de illis: »Saepe, non quidem constante sed quantum sufficit, in vivorum animalium musculis r gas vidi, quae fibras lacertosque transversae secant longitudinem in plurimas sibi applicatas particulas disti guunt.« Idem refert easdem rugas vidisse Leeuwe hoeck, Winslow et olim Antonium de Heyd Forma fibrarum est cylindrica s. potius prismatica, a que finibus subrotundis, ubique fere sui similes, sine r mis decurrunt. Unicuique fibrae musculari (Primitivmu kelbündel, faisceau charnue primitive, Fontana) est v gina fistulosa, clara, pellucida, structura carens, qu continet numerum majorem aut minorem fibrillarum m scularium, substantia quadam tenaci firmissime inter s

ɔhaerentium. Fibrillae hae musculares s. fila muscula-
ıa nodosae atque varicosae apparent, quum ostendant
ıtumescentias claras, regulariter se sequentes, adspectum
raebentes lineae ex margaritis compositae. Hoc muscu-
ɔrum est genus, de cujus anatomia microscopica pluri-
ıum scriptum divulgatumque est. Plurimae etiam exstant
ɔntroversiae, quas tamen excutiendi hic minime est lo-
ıs. Maxima fuit opinionum diversitas in supra descri-
is striis transversis explicandis. Musculi hac confor-
atione gaudentes sunt praesertim musculi, qui rubri
cuntur. Musculi qui voluntati obsequuntur, omnes huc
ınt referendi, vesica urinaria excepta, et ex illis, qui invo-
ıntarii nominantur, cor tantum exceptum est.

Nunc venimus ad secundum musculorum conforma-
ɔnis genus, quod secundum Bruns est quasi non satis
olutum, quod quidem non illum evolutionis gradum
ıpra descriptum assecutum est. Huius fibrae sunt sim-
ices, cylindricae, plus minusve compressae, flavescentes,
bido-flavescentes. Distinguuntur ab aliis supra descri-
is praesertim eo, quod non praeditae sunt striis trans-
ɛrsis, sed ubique sui similes apparent, nonnunquam tan-
ım strias longitudinales vix perspicuas exhibentes, ra-
us strias transversas. Haec musculorum formatio non-
si in certis organis occurrit. Fibrae simplices inve-
untur in tunica musculari totius tractus intestinalis, ab
ɛsophago usque ad anum. Musculi voluntarii autem
ıaryngis ad primum pertinent genus, quod memoratu
gnum est. Neque minus fibrillis hisce simplicibus ex-
ructi sunt ductus excretorii glandularum majorem, glan-
ılarum lacrymalium et salivalium, pancreatis etc. Eae-
ɛm occurrunt in utero atque vesica urinaria (Schwann).

Ceterum nusquam reperiuntur fibrae musculares, quae neant medium inter transverse striatas atque simplic fibras; sed in quibus locis utraque fibra occurrit, in i dem fibrae transverse striatae bene excultae, juxta po tae sunt fibris simplicibus (Bruns). Fibrillarum, quarr descriptionem tentavimus, plurimae sodalibus suis par lelae juxta positae sunt, circumdatae involucro tenui tel cellulosae fistuloso, atque ita fasciculum muscularem fo mant, cujus in variis musculis varia est et longitu et crassitudo. Complures fasciculi iterum continentur v gina telae cellulosae fortiori, densiori, atque ita maj oriatur fasciculus. Ex his fasciculorum conjunctionib aut majoribus aut minoribus nascuntur deinde muscu quorum superficies externa non minus ac singuli fas culi vagina musculari multo fortiori involvitur. Invol crum musculi igitur in connexu est cum omnibus fas culorum majorum aut minorum involucris, quum ill processus immittat in internam musculi partem, qui c cumdant fasciculos majores, atque ab his processus i mittantur, qui circumdant fasciculos minores, atque usque ad fibrillam muscularem.

Hactenus de structura. Contractilitas musculor ab Arnold contractilitas animalis nominata, ut disting tur ab contractilitate organica s. vegetativa, hac mu rarius occurrit. Nunquam enim invenitur in plantis, s omnibus fere animalibus adscribenda est. Est facult musculorum, nervis agentibus contrahendi se in directi nem fibrarum, quacum contractione conjuncta est intum scentia. Durante inter nervos sanguinem ac muscul connexu, hi semper eodem modo, quo tela conjuncti contractilis ac tela elastica, mediocriter contracti rep

ıntur. Quae tensio, qua partes vivae contractiles, si iescunt, tenentur, tonus nominatur. Quumque idem con- uus sit, multi phaenomenon physicale eum esse puta- nt. Post mortem autem, nec minus si connexus nervos er et musculos sublatus est, evanescit tonus, neque rdurat, quod tamen fieri oporteret, si physicalis esset alitas.

Quod ad mutandam nervi conditionem facit, idem musculorum tensionem mutat. Duplex igitur est in ısculis vitae phaenomenon, est sensibilitas, est contra- o. Illa quidem non referenda est ad musculum, sed nervorum ramos sensitivos in musculorum substantia currentes pertinet. Contractio vero soli musculo est ıdicanda, eaque in omni irritatione, nervorum vi per- pta, in iis se ostendit. Sensibilitatem autem, si etiam nnino quidem musculis denegari non potest, minimam nen esse, eo jam probatur, quod acu bene pungente ısculorum substantiam perforare licet absque ullo do- ris sensu. Irritamenta musculorum actiones provocan- ; aut ab animo aut a succis et fluidis secretis corporis anguine etc.) aut ab irritamentis externis proficiscuntur. essante irritamento, cessat actio quoque musculorum.

Omnia haec irritamenta vero, ut supra jam exposui- us, non directe in musculos agunt, sed nervorum medio untur. Nec omnes tamen musculi eodem modo pendent nervis; in universum nervi majorem vim exercent in usculos, qui voluntatem sequuntur, quam in illos, qui ›luntati non sunt subditi. Diu maxime inter se discre- ıerunt auctores in eo, quod ad suscitandum motum et usculis et nervis vindicandum sit. Fuerunt, qui con- actilitatem fibrarum muscularium omnino fere ex nervis

deducerent (Whytt, Monro, Prochaska, Leg lois), aliis ad provocandam musculorum actionem n vos fere nil facere contendentibus (Haller, Fontan Veritas absque dubio in medio versatur. Nec a ner solis nec a musculo solo pendet irritabilitas. Si irrita litatem cum galvanismo comparare nobis licitum es diceremus, uti nec zincum solum nec cuprum per se sedes virium galvanicarum, item nec nervum per se, musculum solum explicare posse contractionem muscu rem, sed ex utriusque communione, quae congrua sem tenetur ex sanguinis circulatione, fluidum intermedi semper sese renovans praebente, oriri irritabilitatem. M ximi esse momenti nervorum in musculorum contract nem vim, inde jam liquet, quod qui stimuli in ner agunt, iidem celerrime ac facillime producunt muscu rum contractionem, e. g. electricitas. A. de Humbol etiam probavit, musculos, ex quibus nervi quam accu tissime exsecti essent, galvanismo non amplius aff Eodem referendum est, quod J. Mueller observa quondam, musculos, nervo contusione quadam emort mox privatos esse irritabilitate. Non minus evanes musculorum irritabilitas, si nervo secto connexus cu cerebro aut medulla spinali tollitur. Sequitur inde agen quae musculos ad contractionem adducant, vulgo muscu rum irritamenta nominata, re vera esse nervorum irri menta. Hoc igitur est nervi, ut percipiat irritamen eaque perducat ad musculos. — Neque tamen, licet n sit tanti momenti, deneganda est vis sanguinis ad conse vandam ac sustentandam musculorum facultatem se co trahendi. Ligata enim arteria partes sanguine jam care tes debilitantur ac brevi tempore paralyticae redduntu

si alia quadam via sanguis iterum partes illas assequi possit. Sanguis igitur non directe facit ad irritabilitatem producendam, sed modo conservanda et semper restauranda mixtione chemica ad sustinendam irritabilitatem facit. Quod ad contractionem proprie sic dictam pertinet, minus pendet ab actione chemica, quam potius ab actione physica substantiae organicae (musculi), quae materiei organicae propria peculiarisque idem, quod galvanica sequitur principium, multo autem a galvanica differt. Est quasi galvanica actio, cujus phaenomenon quidem nihil aliud, nisi contractio muscularis, quae qua forma apparet, haud minus in se revertit, quam galvanismus in corpora aliena (Birnbaum).

Jam explicato eo, quod quaeque pars singula (nervus, sanguis, musculus) ad contractionem valeat, restat, ut quantum fieri possit, explicemus, quomodo fiat, ut nervus irritatus musculos ad actionem i. e. ad contractionem adigat. Supra jam in disserendo de viribus vitalibus exposuimus, in universum contendere licere, vim vitalem causam esse sufficientem motus. Vis vero vitalis nihil est nisi verbum deus ex machina, si vis, nisi demonstrabimus, quae sit vis vitalis, atque quomodo ad motum suscitandum idonea sit. Quod ad primam quaestionem spectat, lectorem benevolum, ut ad introductionem nostram se vertat, rogamus. Quomodo vero excitet vis vitalis contractionem musculorum atque motum, jam eruere tentabimus. Est vis vitalis sequela ex actionibus nervorum, sanguinis ac substantiae. Nervi in musculis, ut supra pluribus demonstravimus, organa sunt, quae excipiunt stimulos, eosque ad musculos perducunt. Oritur jam in musculis relatio adaucta sanguinis cum solidis atque

inde sanguinis accumulatio, quae rursus est causa co mutationis cujusdam biochemicae in substantia muscu rum, cujus effectus est contractio. Cessante vero stimu actio nervorum in sanguinem et substantiam tollitur, circ latio sanguinis, ut antea fuit, restituitur, musculus relaxat Inter multa alia, quae ad hanc rerum explicationem pr bandam valeant, solum observationem referamus, qu quotidie repeti potest, nutritionem musculorum pende ab eorum actione. Optime enim nutritur musculus, saepius et contrahitur et relaxatur.

VITA.

Natus sum ego Carolus Piecq Bonnae die VII. Maii anno hujus saec. vigesimo, parentibus ntonio Piecq et Gertrudi, e gente Virnich, uos ut deus optimus et maximus perdiu mihi conrvet, ex intimo animo quotidie precor. Fidem onfiteor catholicam. Primis litterarum elementis nbutus, Gymnasium, quod Bonnae floret, per octo nnos frequentavi. Inde cum testimonio maturitatis imissus et tempore autumnali anni h. s. XXXIX. ab l. Goldfuss, Rectore t. t. magnifico, almae litter. niversitatis regiae Frid. Guil. Rhenanae inter cies academicos receptus, nomen dedi apud Decanum t. gratiosae facultatis medicae, Ill. Kilian.

Praelectiones, quibus per quatuor annos interni, sunt:

I. Philosophicae.

Logice et psychologia Ill. v. Calker; philoophia naturalis Ill. Birnbaum; physice experi-

mentalis Ill. Plücker; zoologia Ill. Goldfus botanice Ill. Treviranus; chemia experimental phyto — et zoochemia Ill. G. Bischof.

II. Medicae.

Anatomia corporis humani generalis et specia Ill. Mayer et Weber; de situ viscerum Ill. We ber; physiologia Ill. Mayer; encyclopaedia et m thodologia medica, pathologia generalis cum semi tice, therapia generalis, pathologia et therapia sp cialis morborum acutorum et chronicorum, doctri de aquis soteriis Ill. Naumann; materia medica diaetetica Ill. Harless; morbi mulierum I Birnbaum; therapia generalis et specialis, path genia, physiologia, anthropologia, morbi psychi Ill. Nasse; chirurgia, doctrina operationum chiru gicarum, morbi oculorum, anatomia chirurgica, fasciis applicandis Ill. Wutzer, quem praeter de selectis e clinico chirurgico capitibus dissere tem audivi; ars obstetricia, de morbis uteri, de i strumentis obstetriciis Ill. Kilian.

In exercitationibus practicis mihi duces fueru in arte cadavera dissecandi Ill. Mayer et Webe in clinico propaedeutico et therapeutico medico I Nasse; in clinico chirurgico et ophthalmiatri Ill. Wutzer; in exercitationibus obstetriciis phantoma et in clinico obstetricio Ill. Kilian.

Per annum in septima equitum hastatorum c horte, quae Bonnae castra habet, chirurgi militar

luntarii munere functus sum, duce Cl. Dr. Kall-
ann.

Quibus omnibus viris optime de me meritis, atias, quam possum, maximas ago et semper habebo.

Mense Octobri Bonna relicta ad hanc Musarum lem Berolinensem migravi, ubi ab Ill. Lach-ann, Rectore h. t. magnifico, civibus academicis scriptus, ab spectatissimo Decano Ill. Busch in merum medicinae studiosorum relatus sum.

Nunc vero tentaminibus, tam philosophico quam dico, nec non examine rigoroso rite superatis, ero fore, ut dissertatione thesibusque rite defen-, summi in medicina et chirurgia honores in me nferantur.

THESES.

1. Impetigines non semper sanare licet.
2. Herniae emeticorum usum non vetant.
3. Lupus non semper scrofulosus.
4. Syphilis primum est morbus exanthematicus.
5. Inflammatio asthenica non exstat.
6. Cura symptomatica interdum est adhibenda.

THESES.

1. Impetigines non semper sanare licet.
2. Herniae emeticorum usum non vetant.
3. Lupus non semper scrofulosus.
4. Syphilis primum est morbus exanthematicus
5. Inflammatio asthenica non exstat.
6. Cura symptomatica interdum est adhibenda.

NARROW GUTTERS
(1-2 CHARACTERS
LOST ON
SEVERAL PAGES)